

Gymnasium Liestal

Maturitätsprüfung 2005

Latein

Klassen 4 GL, 4 LM, 4KIW

Arbeitszeit: 4 Stunden / Hilfsmittel: keine

Franziska Meier Fäs, Claudius Sieber

Vom Umgang mit Gefühlen

Motto: "Niemand kann seinen Leidenschaften und seinem Nutzen zur gleichen Zeit dienen."

(Mark Aurel, 121-180 nach Christus)

In seinem Werk "De officiis" geht Cicero auf die Verpflichtungen ein, denen sich ein Mensch unterziehen muss, wenn er ethisch korrekt handeln will.

Mehrfach auftauchende Wörter werden nur beim ersten Mal erklärt!

Officium autem hanc primum habet viam, quae ducit ad convenientiam¹ conservationemque² naturae; quam si sequemur ducem, numquam errabimus. Duplex³ est enim vis animorum, quam natura dat; una pars in appetitu⁴ posita est, quae hominem huc et illuc rapit, altera in ratione, quae docet et explanat⁵, quid faciendum fugiendumque sit. Ita fit, ut ratio praesit, appetitus obtemperet⁶. Omnis autem actio⁷ vacare debet temeritate⁸ et neglegentia⁹, nec vero quicquam nobis agendum est, cuius causam probabilem¹⁰ reddere non possimus; haec est enim fere descriptio¹¹ officii.

¹ *convenientia, convenientiae* f.: Übereinstimmung

² *conservatio, conservationis* f.: Substantiv zu *conservare*

³ *duplex*. Genitiv: *duplicis*: doppelt, zweifach

⁴ *appetitus, appetitus* m.: Trieb, Verlangen

⁵ *explanare* = *explicare*

⁶ *obtemperare* = *parēre*

⁷ *actio, actionis* f.: Substantiv zu *agere*

⁸ *temeritas, temeritatis* f.: Substantiv zum Adverb *temere*

⁹ *neglegentia, neglegentiae* f.: Substantiv zu *neglegere*

¹⁰ *probabilis, probabilis, probabile*: einleuchtend

¹¹ *descriptio, descriptionis* f.: Beschreibung, Definition

Efficiendum autem est, ut appetitus rationi oboediant¹² eamque neque praecurrant¹³ nec propter pigritiam¹⁴ aut ignaviam¹⁵ deserant sintque tranquilli atque omni animi perturbatione¹⁶ careant; ex quo elucebit¹⁷ omnis constantia omnisque moderatio¹⁸. Nam qui appetitus longius evagantur¹⁹ et tamquam exsultantes sive cupiendo sive fugiendo non satis a ratione retinentur, ii sine dubio finem et modum transeunt. Relinquunt enim oboedientiam²⁰ nec rationi parent, cui sunt subiecti lege naturae; a quibus non modo animi perturbantur, sed etiam corpora. Licet nobis²¹ ora ipsa cernere iratorum²² aut eorum, qui aut libidine aliqua aut metu commoti sunt aut voluptate nimia gestiunt²³; quorum omnium vultus, voces, motus statusque mutantur.

Ex quibus illud intellegitur - ut ad officii formam²⁴ revertamur - appetitus omnes contrahendos sedandosque esse excitandamque animadversionem²⁵ et diligentiam, ne quid temere ac fortuito²⁶, inconsiderate²⁷ neglegenterque agamus.

Sed pertinet ad omnem officii quaestionem²⁸ semper in promptu habere²⁹, quantum natura hominis pecudibus³⁰ reliquisque bestiis antecedit³¹; illae nihil sentiunt nisi voluptatem ad eamque feruntur omni impetu, hominis autem mens discendo alitur et

¹² *oboedire*: *oboedio*, *oboedivi*, *oboeditum* = *parēre*

¹³ *praecurrere* = *prae-currere*

¹⁴ *pigritia*, *pigritiae* f.: Faulheit

¹⁵ *ignavia*, *ignaviae* f.: Trägheit

¹⁶ *perturbatio*, *perturbationis* f.: Substantiv zu *perturbare*

¹⁷ *elucere* = *e-lucere*; *elucebit* steht für *elucebunt*

¹⁸ *moderatio*, *moderationis* f. = *modestia*

¹⁹ *evagari*: *evagor*, *evagatus sum*: herumschweifen, sich herumtreiben

²⁰ *oboedientia*, *oboedientiae* f.: Substantiv zu *oboedire*, siehe oben.

²¹ *Licet nobis ...* : hier: Wir brauchen nur ...

²² *iratus*: hier als Substantiv gebraucht

²³ *gestire*: *gestio*: ausgelassen sein, übermütig sein

²⁴ *forma*, *formae* f.: hier: Begriff (im philosophischen Sinne)

²⁵ *animadversio*, *animadversionis* f.: Substantiv zu *animadvertere*

²⁶ *fortuito* = *forte*

²⁷ *inconsideratus*, *inconsiderata*, *inconsideratum*: unbedacht

²⁸ *quaestio*, *quaestionis* f.: Erörterung, Untersuchung

²⁹ *in promptu habere*: sich vor Augen halten

³⁰ *pecus*, *pecudis* f. = *pecus*, *pecoris* n.

³¹ *ante-cedere*: hier im Sinne von *praeesse*

cogitando, semper aliquid aut inquirit aut agit videndique et audiendi delectatione ducitur. Quin etiam, si quis est paulo³² ad voluptates propensior³³, modo ne³⁴ sit ex pecudum genere - sunt enim quidam homines non re, sed nomine -, sed si quis est paulo erectior³⁵, quamvis voluptate capiatur, occultat et dissimulat appetitum voluptatis propter verecundiam.³⁶

297 Wörter / Cicero, De officiis, lib. I, 100-105

1. Welcher philosophischen Schule folgt Cicero im vorliegenden Text? Begründen Sie Ihre Antwort mit mehreren Sätzen und belegen Sie Ihre Aussage mit drei Zitaten aus dem lateinischen Originaltext. 4
2. Entsprach Ciceros Lebensführung dem hier formulierten Ideal? Führen Sie zwei Beispiele aus seiner Biographie an, um Ihre Meinung zu belegen. 2
3. Inwiefern entspricht das Handeln von Dido und Aeneas den Verpflichtungen, die Cicero im vorliegenden Text aufstellt? Inwiefern widerspricht es ihnen? Geben Sie jeweils für die beiden Personen ein Beispiel, welches den Verpflichtungen Ciceros einerseits entspricht, andererseits nicht entspricht. 2 (4 x ½)
4. Welche philosophische Schule vertrat eine gänzlich andere Meinung als Cicero? Auf welche Weise versuchten die Anhängerinnen und Anhänger dieser Schule ein selbstverantwortliches und ethisches Handeln der Menschen zu erreichen? 2

³² paulo = paulum

³³ propensus, propensa, propensum: geneigt, hingezogen

³⁴ modo ne = dum modo ne

³⁵ erectus, erecta, erectum: aufrecht, erhaben (vgl. homo erectus)

³⁶ verecundia, verecundiae f.: Scham, natürliches Anstandsgefühl